Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Transeunt populus in medio mari rubro precedente angelo & scindente aquas ut populus per siccum gradi posset & quem ventus ut ait poeta: curvatis montibus faciem circumstetit unda: Qua re audita transmisit egyptorum cum magna suorum manu insecutus est: & mare adhuc patens temere ingressus cum eunuchis aquis cum omni exercitu deletus est: Hebrei vero egressi in solitudine multa mirabilia viderunt: Namque cum sitim paterentur ictu virge rupe percussa prosiluit fons aque populique recreavit: Quo rursus esurientes celestis alimenti pluvia descendit: Quin & coturnices in castra eorum ventus induxit: ut non vno pane celesti: sed & instructioribus epulis satiarentur: Pro his tamen divinis beneficiis honorem deo non reddiderunt: sed depulsa iam seruitute: iam isti fame que devitata in luxuriam prolapsi ad prophanos egyptiorum ritus animos transtulerunt: Cum vero moyses eorum dux ascendisset in montem atque ibidem xl. diebus moraretur: aureum caput bovis: quem vocant apim: quod eos ligno precederet: figuraverunt: Quo peccato ac scelere offensus deus impium & ingratum populum pro merito penis gravibus affecit: & legi: quam per moysem dederat: subjugavit: Postea vero cum in deserta quadam parte Syrie consedissent: amiserunt vetus nomen hebrei: Et quia princeps exercitus eorum Judas erat: iudei sunt appellati: Et terra quam incoluere iudea: Et primo quidem non divino regum subiecti fuerunt: sed populo a lege civitatis iudices presidebant: non tamen in annum constituti sunt. sicut romani consules: sed perpetua iurisdictione subiuncti. Tum sublato iudicum nomine potestas regalis inducta est: verum iudicibus regimine correntibus pravas religiones sepe susceperant: atque offensus ab his vocem deus alienigenis subjugabat: donec rursus precibus populi mitigatus liberaret eos seruitute: Item sub regibus fuit triumque bellis ob delicta vexati postremo capti abducti que babilonem penas impietatis sue graui seruitio pependerunt donec cyrus venit & in regnum: qui templum iudeis restituit edicto: Exinde Tetrarchas habuerunt usque ad herodem: qui fuit sub impio tiberio cesare: cuius anno xv. idest duobus geminis consulibus ante diem x. kl. aprilis Judei xpm cruci affixerunt: Hic rerum textus: hic ordo in archanis sanctarum harum continetur: Sed prius ostendam qua de causa in terram venerit xpus: ut fundamentum diuine religionis ac ratio claresceat:—

Qvm sepe iudei preceptis salutaribus repugnarent: atque a diuina lege desciscerent: aberrantes ad impios cultus deorum: ceu deus iustos & electos suos spiritu sancto implebat: propheras in me